



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklesiastikē Istoría

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

III. De Deo pios Principes honorante, & tyrannos puniente.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Adhuc Proœmium.

CŪmque cum paulò ante in mortali corpore cernebatur, & nobilium unà versabatur, admirabili quadam ratione etiam post obitum, quo tempore natura quidquid superfluum est, tanquam alienum refutat, iisdem regniis ædibus & honoribus ac laudationibus frui video, incredibili admiratione percellor. Jam verò cum ad ipsos usque cæli fornices mentis meæ aciem extendi, atque illic beatissimam ejus animam cum ipso Deo versari cogito; terrestri quidem ac mortali integumento liberatam, circumdatam verò splendidissimæ lucis stola: càmque non jam brevi temporis curriculo in his caducis sedibus volitari, sed corona perpetuò virente, & immortalis vita ac beato ævo donatam esse intelligo: mutus hæreo, & linguæ rationisque usu penitus destitutus. Ac vocem quidem proferre nullam possum: sed meam ipse tenuitatem ultrò condemnatis, mihi que ipse silentium indicens, cedo potiori has partes, ut pro meritis congruas laudes exprimat: illi scilicet qui cum immortalis Deus sit ac Dei sermo, solus sua ipsius dicta firmare & rata facere potest.

C A P I T U M III.

De Deo pios Principes honorante & tyrannos puniente.

Cum enim prædixerit, eos à quibus cultus & honoratus fuisset, maximis præmiis à se vicissim remunerandos esse; illos verò qui se hostes atque inimicos ipsius professi essent, sibimet ipsis perniciem creaturos, promissorum ac verborum suorum veritatem jam inde ab hac vita comprobavit. Quippe impiorum quidem Dei que ad versariorum tyrannorum abominandos exitus nobis ob oculos proposuit: famulo autem suo non vitam solum, verum etiam mortem felicissimam & maximis laudibus dignam præstitit: adeo ut hæc etiam omnium posterorum sermonibus celebrari, nec tantum caducis, sed etiam immortalibus honoribus afficeretur. Mortalium quidem genus solatio aliquo letiferi interitus excogitato, consecratis imaginibus, tanquam immortalibus honoribus superiorum hominum memorias colere solitum est. Et alii quidem adumbratis en-

Ετι προœμιον.

Καὶ τὸν ἐν σώματι ἢ θνητῷ μικρῷ σώματι, ὡς ἀδοξότατον καὶ μὴ τὴν τέρβιν τελευτῶν ὅτε ἡ φύσις ὡς ἀλλότριον τὸ πᾶσι τῶν αὐτῶν βασιλικῶν οἰκῶν τε καὶ τιμῶν ἡξιωμῶν θεώμενον ὁ λόγος, ὑπερπλήθειαι ἤδη ἢ καὶ πρὸς αὐταῖς ἐργασίας ἀσπίναντων ἐκλείνας, κἀνταῦθα τῶν πνευματικῶν καρίαν ψυχῶν αὐτῶ θεῷ συνῆσαν φανερῶς ἐξέλα. θνητῶ μὲν κ' γεώδεις πάντος ἀφαιρῶν τὴν ἀεὶ ἐκλήματι. φωτὸς δ' ἕξασθενῶν σολῆ καὶ λαμπομένην εἴτ' ἐκείτ' μὲν καὶ κερῶν χρόνων παρόδοις ἐν θνητῶν διατεταμένην εἰλημένην αὐτῆν. αἰωνοβαλεῖ ἢ διαδομένη ζωῆς τε ἀτελευτήτης καὶ μακαρίας αἰῶνι. θανάσιον τελεμῆμενίω ἐνοῶν, ἀχρηστῶν οἶα καὶ ἀλλῶ. μὴ ἢ μίαν μὲν ἀφίει φανερῶς τ' δ' αὐτὸς αὐτῶ καὶ ἐγνωκῶς ἀδενείας κρητισωπῆν καθ' ἑαυτῶ ὑψηφισάμενον. τὰ κερῶν μὲν πᾶσα χωρεῖ τυχερῶν τ' τῶν ἐφαμιλλῶν ἡνῶν ἀξίας. ὡς δὲ καὶ μόνῳ δυνάτῳ ἀθανάτῳ θεῷ οὐκ ἄλλῳ τὰς οἰκίας πρὸς φανερῶν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ.

Περὶ θεῶν τιμῶν βασιλεῖς ἰσοεῖς, καὶ ἀπολλοῦ τυράννης.

Διὸν τὰς μὲν αὐτὸν δοξάζοντες καὶ τιμῶν ἀμοιβαίως ἀποδοῦναι χαρίσματος. τὰς δ' ἐχθρὰς καὶ πᾶσι μίμης σφᾶς αὐτὰς αὐτῶ καταστήσασα. τῶν ψυχῶν ὄλεθρον ἑαυτοῖς ἀποποίησεν θανάτου, ἐντεθῆν ἤδη τῶ αὐτῶ λόγων τὰς ἐπιγεγελίας ἀψυδῆς παρεσήσατο. ἀθῆναι καὶ θεομάχων τυράννων ἀποκίλα δὲ ἐξῆς ἡβίς τὰ τέλη. τὰ δ' αὐτῶ θεράποντες, ἡλωτὸν καὶ πολυμήτην πρὸς τῆ ζωῆς κρητισθάνισον δόποφίνας. ὡς ἀξιωματικῶν, καὶ τῶν τε σπλῶν ἔ θνητῶν, ἀλλ' ἀθανάτων ἐπάξιον χυδέσαι. θνητῶν μὲν ἢ φανερῶς θνητῶ καὶ ἑπικῆρας τέλους ἀφαιρῶν ἡραμένη, εἰκόνων ἀναθήμασι τὰς τῶν πρὸς τέρων μνήμας, ἀθανάτοις ἐδόξε γερῶν τιμαῖς. καὶ οἱ μὲν σκιαγραφίαις κρητιστῶν.

γραφῆς ἀνέστη. οἱ δὲ γλυφαῖς ὕλης ἀλύχῃ
 ἀσφραγίσαντες ἐκείνην ἀσφραγίσαντες. οἱ δὲ κύρβου
 καὶ σήλαις βαθείαις γραμμαῖς ἐγχαράξαντες,
 μήμιας ὑπέβαλον αἰωνίους τὰς τῶν ἡμῶν
 δόξας ἀσφραγίσαντες. τὰ δὲ ἦν ἅρα πάντα θνη-
 τὰ χρόνε μὴκε δαπανώμενα. φθαρτῶν ἅτε
 ζωμάτων ἰσθαμῆς, ἐμὴν ἀθανάτην ψυ-
 χῆς ἀποτυπῶν ἰδέας. ὁμῶς δ' οὖν, ἀπαρ-
 κῆν ἐδόκει ταῦτα, τοῖς μηδὲν ἕτερον μὲν τῶν
 ἡμῶν βίβας καλὰς εὐφρῆν ἐν ἀγαθῶν ἐλπίσι
 πνεύμασι. Θεὸς δὲ ἅρα, Θεὸς ὁ κοινὸς τῶν
 ὅλων σωτῆρ, μείζονα ἢ κτ' θνητῶν λογισμῶν
 τοῖς εὐσεβείαις ἐρασταῖς ἀγαθὰ παρ' ἑαυτῶν
 ταμειυσάμεν, τὰ πρῶτολεια τῶν ἐπάθλων
 ὄθεν δὲ ἀσφραγίσαντες. θνητῶν ὀφθαλ-
 μοῖς ἀμωσγέντως τὰς ἀθανάτους πνεύμασι
 ἐπίδασ. παλαιοὶ ταῦτα χρησμοὶ ἀσφρα-
 γῶν γραφῆ ἀσφραγίσαντες, θεασίχουσι. ταῦτα
 βίβας θεοφιλῶν ἀνδρῶν, παντοίας δόξαις
 πρὸς παλαιὰ διαλαμψάντων τοῖς ὀψιγόνους
 μνημονεύοντες, μαρτύροισιν. ταῦτα καὶ ὁ καθ'
 ἡμᾶς ἀληθῆ ἵνα διήλεγξε χρόνῳ, καθ' ὃν
 Κωνσταντῖνῳ Θεῷ τῶν παμβασιλεῖ μόνῳ
 τῶν πᾶποτε τῶν Ῥωμαίων δόξῃς καθήσασα μέ-
 γαν γεγονώς Φίλῳ, ἐναργῆς ἅπασιν ἀνθρώ-
 ποις ἀσφραγίσαντες θεοσεβῆς καλῆς βίβας.

A causticæ picturæ coloribus; alii inani-
 mis materiae sculpturâ similitudinem
 hominum exprimentes; quidam in li-
 gneis aut lapideis tabulis literas altius
 incidentes, eorum quos colebant virtu-
 tem ad æternam posteritatis memo-
 riam consecrare instituerunt. Verùm
 hæc omnia caduca, & temporis longin-
 quitate pereuntia; utpote quæ morta-
 lium corporum figuram, non immorta-
 lis animi formam exprimerent. Hæc
 tamen sufficere iis videbantur, qui post
 hujus mortal'is vitæ exitum nullius spem
 boni animo conceperant. Deus verò,
 Deus inquam, communis omnium re-
 rum Servator, qui pietatis amatoribus
 majora quàm quæ cogitatione homi-
 num comprehendi possint, apud se re-
 condidit bona, primitias futurorum
 præmiorum in antecessum quasi pignus
 dat in hoc sæculo; immortalium rerum
 spem mortalibus oculis quodammodo
 exhibens ac repræsentans. Hoc vetusta
 Prophetarum oracula quæ scriptis man-
 data sunt, aperte prædicunt. Hoc vitæ
 Deo carorum virorum qui variis virtu-
 tibus refulserunt, posterorum memo-
 ria etiamnum celebratæ confirmant.
 Hoc ipsum ætatis nostræ testimonio
 verissimum esse convincitur, cum Con-
 stantinus solus omnium qui Romano
 unquam Imperio præfuerunt, summo
 omnium Regi Deo acceptus, quasi il-
 lustre quoddam religionæ vitæ exem-
 plum cunctis hominibus est propositus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ΄.

Ὅτι ὁ Θεὸς Κωνσταντῖνον ἐτίμησεν.

Ταῦτα δὲ καὶ Θεὸς αὐτὸς ὃν Κωνσταντῖνῳ
 ἐγένεσεν, δεχομένῳ καὶ μεσάζοντι καὶ τε-
 λεωπῶντι βασιλείας αὐτῆς δεξιῶς ἀσφραγίσας,
 ἐναργῆς ψήφοις ἑπιπέσοισι. διδασκαλίαν
 θεοσεβῆς ἰσθαμῆς τὸν ἀνδρα, τῶν θνη-
 τῶν γῆν ἀσφραγίσαντες. μόνον οὖν αὐτὸν
 τῶν ἄλλων ἀκοῆ βοηθέντων αυτοκρατό-
 ρων, οἷον πᾶσι μέγιστον Φωσῆρα καὶ κήρυκα με-
 γαλοφανότατον τῆς ἀπλανῆς θεοσεβείας,
 διὰ παντοίων τῶν εἰς αὐτὸν κεχορηγημένων
 ἀγαθῶν, ἐνεδείξατο.

C A P U T IV.

Quod Deus Constantinum honoraverit.

HOC denique Deus ipse quem ve-
 neratus est Constantinus, eviden-
 ti suffragio comprobavit: dum illi non
 modo in exordio, sed etiam in progres-
 su & in fine Imperii semper propitius
 benignusque adfuit, quippe quem hu-
 mano generi ad divini cultus informa-
 tionem proposuerat. Hunc certè unum
 ex omnibus quos unquam auditione
 accepimus Imperatoribus, velut clarif-
 simum quoddam jubar, & velut quen-
 dam veræ religionis præconem maxi-
 ma voce inclamantem; innumeris in
 eum congestis bonis, designavit.